Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Setentiae LX spiritualis religiosis perutiles - Cod. Ettenheim-Münster 237

[S.l.], 1661

Duodecim documenta abbatis Dacryani ordinis S. Benedicti

urn:nbn:de:bsz:31-127475

Visual Library

Duodecim Documenta Abbatis Dacryani, Ordinis S. Benedicti.

Documentū primū: In oibꝰ q̄ agis, tractas aut loqueris, honorē Dei per ſanctā intentionē purè quærere, et cuſtodiendæ cordis mundiciei, libertatiſq́ inuigila.

2.um Plena fiducia te totū, et omnia tua Deo cōmitte ita vt eiꝰ voluntas æternaq́ diſpoſitio, ſit tibi ſemper pro ſummo ſolatio, et ſiue in tenebris, ſiue in lumine, ſiue in tribulatione, ſiue in proſperitatis ſucceſſu, ſiue in cordis anguſtia; ſiue in cordis latitudine, ſiue in donis pauperē, ſiue diuitem in eiſdem te eſſe voluerit, rectè de eiꝰ bonitate ſentias, et grauia ac moleſta quoq́ de manu paternæ pietatis atq́ prouidentiæ illiꝰ humiliter, patienter, hilariter quoq́ ſuſcipias, certo eū credēs sīa pro tua ſalute ordinare, et permittere, vnicèq́ optans, vt ipſa voluntas eiꝰ oī tempore in te perficiatur.

3.um Ea quæ in te, vel in alijs nulla ratione corrigere potes, Deo cōmenda, longanimiter expectans, donec ille aliter de his, q̄ tibi malè habere videntur, diſponat.

4.um Iniuriā ſeu cōtumeliā tibi illatā, ſi cū lætitia ferre nō potes, nō tn̄ propter illā inſipieter

pertur:

perturberis, neq; ira excandescas, sed tranquillg perma-
nere stude. Nam indigniora pro te, Deus tug mansuetis-
sime tolerauit. Ergo in talibg ferociente ai impetum
reprime, Deug qui iuste quidē, sed tn̄ ex amore te af-
fligi permittit, magis quā hominē qui te affligit, at-
tende.

5.um Alterig voluntatē potig quā tuā facere ama,
et iudicio alterig tuū iudiciū facile submitte; proprio
sensui nūquā proterue inhærens, neq; aliquid Sac-
tæ obedientiæ preponens.

6.um Omnibg viliorē indignioreq; te ēe existima, om-
nibg te subijce, oibg propter Deum inseruire desidera;
eosq; qui te monent ac reprehendunt, etiamsi inferi-
ores videantur, æquanimiter audi, magis eligens cul-
pā humiliter agnoscere, quā cōtentiosè ac superbè
teipsū excusare.

7.um Tam libenter esto minimg, quā fortè aliquis
alig libenter esset maximg; Et abiectg, nō honorabi-
lis haberi concupisce, vt Chro, sacræq; eig Genitrici
Mariæ similior appareas.

8.um Alicui hominū placere vanè nō affectes, neq; dis-
plicere inaniter pertimescas, et hom mrē mulierū
notitiā, familiaritatē, aut priuatā erga te dilectio-
nē ne expetas.

9.um Aliorū dicta vel facta temerè neq; iudices,

neq; discutias, nec superfluis te vllis curis implices, verbaq; detractoria loqui, aut etiã audire, quantũ potes, caueas.

10um. Benignũ atq; beneuolum te exhibe, de aliorũ bonis, vt de proprijs gaude, et pro aliorũ malis ingemisce, omnes sincera charitate diligens, neminẽ quantumuis etiã tibi molestũ odio habens, et imperfectis quibus piã cõpassionẽ magis, quã turbulentã indignationẽ impendens.

11um. Mundi vanitates, carnisq; voluptates vilissimas sperne, imortali aiæ tuæ sponso teipsũ seruans, et in eo solatia tua cõstituas.

12um. Paucis cõtentus esto, et simplicibus delectare memor paupertatis, quã pro te assumpsit, tibiq; cõmẽdauit Deus tuus; Tu discipulus, ille Magister; Tu Seruus, ille Dominus. Gaudeat discipulus dũ imitatur Mgrm; Exultet seruus, dũ sequitur Dnm.

Regulæ quædam breuissimæ et vtiles R. P. et F. Jeronymi Sauoarolæ Ferrariensis Ord. Prædicat. q ad oẽs Religiosas pertinent.

Principale studiũ Religiosi ẽ, conari diu noctuq; vt

aia=

aīa ſit Dn̄o Deo ſua cōiuncta per oratione͂ et cōtem=
platione͂, cōtinuuq; amore͂ actualem. Quod quidem
nequaquā facere poterit, niſi pace͂ mentis poſſideat,
quam nō poterit poſſidere, niſi ſe amore om̄ Creatu=
rarū ac ſui ipſius penitus ſpoliauerit, veneritq; vſq; ad cō=
temptum et odiū vitæ ſuæ. Quæ oīa ſi voluerit ob=
tinere, necēe ē, cū oī ſolicitudine, ꝓprius has, quas
ſubſcribemus Regulas, obſeruare.

Primò, ita debet paupertate͂ diligere in particulari
et in comuni, vt ſtudeat firmiter in corde ſuo vllo
modo ſe nō velle aliquid poſſidere, nec aliqd ad vſum
habere, niſi quod ei ſūmoperè neceſſariū fuerit, in
tm̄ vt odio habeat oēs diuitias magnas et paruas,
etiā ipſa veſtimenta ſine quibus honeſtè viuere nō
poteſt, gaudeatq; de Monrij paupertate, et doleat
de eius abundantia cū deſiderio vt pauperrimè vi=
uat, vſq; ad extremā neceſſitatē, quia verè pauper
in paupertate gaudet.

2o Quantū ad votū caſtitatis, ita debet fugere oēs
carnis illecebras, voluptates, vt nō modo ab illicitis
ſed et ab licitis recreationibus abſtineat, ita vt nun=
quā ex toto relaxet præcōceptum rigorē, ſed ſēper
ſibi iratus caſtiget rationabili obſequio corpus pro=

priũ, omneſq; ſenſus à delectatione cohibeat, nec ſatiſ-
faciat deſiderijs ſuis, ſed ſemper gaudeat flere & lamẽ-
tari, et Dño decantare verſiculũ illum; Recogitabo
tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

3°. Semper in mente habeat Dñi nři Jesu Christi
ſubiectionẽ ad matrẽ ſuã et putatiuũ Patrẽ Joſephũ,
et obedientiã vſq; ad mortẽ, mortẽ a. crucis. Studeat
cũ oĩ conatu & viribꝰ ſuis, nõ ſolũ maioribꝰ, ſed et
æqualibꝰ, minoribꝰ, et oibꝰ, & viliſſimis ſeruire, et
eis, vt decet ſtatũ ſuũ, humiliter obedire, et cũ Apo-
ſtolo dicere; Cum liber eſſẽ ex oibꝰ, om̃ me ſer-
uum feci.

4°. Studeat ita gubernare linguã ſuã, vt nõ ſolum
illicita nõ loquatur, nõ ſolũ nõ otioſa, vana aut riſũ
mouentia dicat, ſed etiã neccria in longũ nõ protra-
hat.

Loquatur ſemper de oibꝰ cũ timore, et potiꝰ deſideret
audire et doceri, quã loqui et docere, qa in multis of-
fendimꝰ oẽs, et q in vno nõ offendit, hic perfectꝰ
ẽ vir. Et Diabolꝰ in nullo ſubtiliꝰ decipit religioſũ,
quã per loquacitatẽ, per quã ſubtrahit eũ ab ora-
tione et contemplatione, à quibꝰ cũ fuerit abſtrac-
tus, perdit omne robur mentis ſuæ, et ita inimicus
præualet, facere cõtra eũ, ſicut vult et vt libet.

5.° Caueat à diſtractionibꝰ, ſeu ab his quæ ſolent

animũ-

animū in partes diuidere, vt ſunt curioſitates ſēſuū, et itellectꝰ. Qui n. volunt multa et inutilia videre et audire, ſeu intelligere, diuidunt cor ſuū ad multa et ita remanent diſſipati, nec cōpuncti. Negotia ergo proximorū et facta aliena adeo relinquenda ſūt, Vt nec minimā eorū partē itelligere. Negotia quoq; Conuentꝰ officialibꝰ ipſiꝰ penitꝰ relinquantur. Quidā Zelo quodā indiſcreto, qui nō ē ſecundū cōſcientiā, volunt oīa intelligere, et inquietant ſe ipsos, im=pleturq; mens eorum phantaſijs, indignationibꝰ, murmurationibꝰ, et nonūquā inuidia, et ambitio=ne ac detractione cōtra Prælatū, ac alios Confra=tres ſuos. Si nullū habes officiū in Conuentu, gau=de, quia pacē magis acquires. Si habes, humiliter ea, q̄ ad id pertinent, et ſine querela exequere; nec deſideres habere aliquod officiū, ſed ſta in pace, et libentiꝰ ſuſcipe vilia officia, quā honorifica. Et breuiter ab oībꝰ quæ te ab intentione Contempla=tionis diuinæ et pacis, quantū tibi poſſibile eſt ſalua obedientia et Charitate, abſtrahūt, abſti=neas, itemq; caueas ab omni ſolicitudine, aliter nō inuenies pacem.

6. Debes fugere hom cōuerſationē præſertim ſæculariū, et dyſſolutorū fratrum, potiſſimū a. mulie-

rū & cōſanguineorū, & ſolitudinē amare, necvnquā in publico apparere, niſi pro necr̄ia, honeſta aut vtili cauſa, & ſemper breuiter expedire. Neminē tn̄ propter hoc Religioſꝰ iudicet aut cōtemnat, ſed ipſum ſemper reſpiciens tnq̄m inutilē in oculis proprijs & indignū arbitretur habitu Religionis, & aliorum Fratrū cōuerſatione.

7.º Cum omni diligentia & ſolicitudine vacare debet orationi & contemplationi, ita vt ſæpiſſime eleuet mentē ſuā ad Deum, & oret cū breuitate tā in Ecclia, quā in menſa, tā in domo quā in publico, & frequentiſſime dicat, Deus in adiutoriū meū: &c. Item; Miſericordia tua ſemper ſubſequatur me, vt inhabitē in domo Dn̄i oībꝰ diebꝰ vitæ meæ. Sic n. faciens obtinebis mentis quietē, & adeo cōiungetur Deo, ~~quod adeo cōiungetur Deo~~, quod nihil aliud poterit cogitare, nec diligere, & erit quodāmodo in hac vita beatus.

Qui ergo ſeruauerit iſtas 7. Regulas, replebitur 7. donis Spr̄ꝰ S. à quo Sp̄ru S. aīa eiꝰ acta, guſtabit ea, q̄ nec oculꝰ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcendit, q̄ præparauit Deꝰ diligentibꝰ ſe. Et labores Religionis pro nihilo reputabit, & videbuntur dies pauci præ amoris magnitudine.

Religioſi a. qui iſta nō cōſiderant, ſed ambulant

fine

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

ſine cōſideratione finis proprij, efficiuntur tepidi, inquieti, murmuratores, ambitioſi, iracundi, auari, loquaces, ſenſuales, hiſtriones, & duriores quā ſeculares ad pænitentiā, & niſi Deus per miſericordiam ſuā eos reuocet ac cōſeruet, in alia labuntur præcipitia, à quibus nūquā postea liberantur, quia vt dicit S. Thom. 2ª. 2ª. Religioſi ex malitia peccantes, efficiuntur peſſimi, & incorrigibiles. Et S. Aug. dicit, Quod ſicut nūquā expertus ē meliores quā illos, quā illos qui in Monrio profecerunt; ita nec deteriores, quā qui in monrio defecerunt. NB.

Conemur igr nos Frēs talē bonitatē in monrio accipere, præcedentibus præſertim ac viā nobis demōſtrātibus tot SS. monachorū millibus, vt ſimus meliores homines huius mundi, & magnā coronam acquiramus in cælis, Vbi regnat D. Benedictus, & Dns Deus in ſæcula ſeculorum, Amen.

Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.

Christe tibi viuo, morior tibi Chre, quid ergo!
Mortuus & viuus, ſum bone Chre tuus.

Epistola exhortatoria S. Thomæ, ad quendā, in qua proponit idoneū modū ſalubriter acquirēdi ſapientiā, ſiue humanā, ſiue diuinam.